

## Il passaggio dalla monarchia alla repubblica


## Lo stupro di Lucrezia

Paucis interiectis diebus Sex. Tarquinius inscio Collatino cum comite uno Collatiam venit. Ubi exceptus benigne ...cum post cenam in hospitale cubiculum deductus esset, amore ardens, postquam satis tuta circa sopitique omnes videbantur, stricto gladio ad dormientem Lucretiam venit sinistraque manu mulieris pectore oppresso "Tace, Lucretia" inquit; "Sex. Tarquinius sum; ferrum in manu est; morieris si emiseris vocem." Cum pavida ex somno mulier nullam opem, prope mortem imminentem videret, tum Tarquinius fateri amorem, orare, miscere precibus minas, versare in omnes partes muliebrem animum. Ubi obstinatam videbat et ne mortis quidem metu inclinari, addit ad metum dedecus: cum mortua iugulatum serum nudum positurum ait, ut in sordido adulterio necata dicatur. Quo terrore cum viciisset obstinatam pudicitiam, ... profectus inde Tarquinius ferox .

Lucretia maesta tanto malo nuntium Romam eundem ad patrem Ardeamque ad virum mittit. Ei sedentem maestam in cubiculo inveniunt. Adventu suorum lacrimae obortae, quaerentique viro "Satin salve?" "Minime" inquit; "quid enim salui est mulieri amissa pudicitia? Vestigia viri alieni, Collatine, in lecto sunt tuo; ceterum corpus est tantum violatum, animus insons; mors testis erit. Sed date dexteras fidemque haud impune adultero fore. Sex. Est Tarquinius qui hostis pro hospite priore nocte vi armatus mihi sibique, si vos viri estis, pestiferum hinc abstulit gaudium." Dant ordine omnes fidem; "Vos" inquit "videritis quid illi debeatur: ego me etsi peccato absolvo, suppicio non libero; nec ulla deinde impudica Lucretiae exemplo vivet." Cultrum, quem sub veste abditum habebat, eum in corde defigit, prolapsaque in volnus moribunda cecidit. Conclamat vir paterque.  
( da Livio)

( da Livio)

## **Le magistrature della Repubblica**



PROF.SSA C.CRACA

## Le XII Tavole

«Se un padre vende il figlio per tre volte consecutive perde la patria potestas su di lui.»  
Se una persona muore senza aver fatto testamento, il parente maschio prossimo erediterà il patrimonio.»  
«Se questo non c'è erediteranno gli uomini della sua *gens*.»  
«Chiunque rompa l'osso di un altro, a mano o con un bastone, deve pagare trecento sesterzi se è un libero; centocinquanta se è uno schiavo; se abbia commesso altrimenti offesa la pena sia di venticinque.»  
«Se di giorno [l'omicidio è legittimo], se [il ladro] si sarà difeso con un'arma [e se il derubato avrà prima tentato] di gridare aiuto.»  
«È vietato il matrimonio fra plebei e patrizi.»



## Le magistrature della plebe



## La violenza su Virginia

Quoniam discordia inter patricios et plebeios erat, decemviri pro consulibus a populo lecti, ut ius administrarent et novas leges conderent. accidit ut primo anno magistratus bene egerint, sed postea

PROF.SSA C.CRACA

Appius Claudius, unus ex decemviris, ad tantem insolentiam pervenit ut ingenuae virginis plebeiae pudicitiam attentaret. nam Virginia, virgo excellenti forma, L. Virginii filia, viri insignis ac recti despensa L. Icilio erat, sed Claudius, captus libidine, ad crudelem et superbam vim animum converit, adeo ut virginini in forum venienti iniuriam fecerit. itaque puellam ad tribunal vocavit, appellans servam ex serva sua generatam. cum pater Virginius filiam iniusto iudicio oppressam vidit, in medium forum puellam traxit clamans: " Verginiam, filiam meam, per mortem in liertaem vindico: Appi nomen horribili nece foedatur et caput eius sanguine virginis consecretur". Inde sua manu puellam interfecit.

(da Eutropio)



Inter patres et plebem, acres contentiones usque a primordio urbis fuerant. Nam patricii omnes divitias possidebat civitatemque arroganter administrabant. Plebs contra graves labores tolerare, onerosa vectigalia pendere et in summa paupertate vitam degere debebat; sic plebeiorum via valde ardua ac difficilis erat. Sed olim plebei urbem reliquerunt, in Sacrum Montem secesserunt ibique castra posuerunt. Nam sic cogitabant: "Si terram colere recusaverimus agri messes iam non suppeditabunt, et patriciorum mensae pane carebunt: tunc fortasse plebis iura valebunt". Atque ita evenit. Patricii legatos ad plebem miserunt et legati senatorum verba nuntiaverunt: "Remeate, cives, in urbem! Patricii enim debita vestra remittent atque in posterum pericula laboresque aequaliter inter patres ac plebem distribuent". Tunc plebei simultates deposuerunt et in urbem remeaverunt; ceterum patricii promissa servaverunt tribunosque ad defensionem plebis creaverunt.

(da Eutropio)

## La figura del tribuno Canuleio

### La *lex Canuleia*

[4] "At enim nemo post reges exactos de plebe consul fuit. Quid postea? Nullane res nova institui debet? Et quod nondum est factum—multa enim nondum sunt facta in novo populo,— ea ne si utilia quidem sunt fieri oportet? Pontifices, augures Romulo regnante nulli erant; ab Numa Pompilio creati sunt. Census in civitate et descriptio centuriarum classiumque non erat; ab Ser. Tullio est facta. Consules nunquam fuerant; regibus exactis creati sunt. Dictatoris nec imperium nec nomen fuerat; apud patres esse coepit. Tribuni plebi, aediles, quaestores nulli erant; institutum est ut fierent. Decemviros legibus scribendis intra decem hos annos et creavimus et sustulimus. Quis dubitat quin in aeternum urbe condita, in immensum crescente nova imperia, sacerdotia, iura gentium hominumque instituantur? Hoc ipsum, ne conubium patribus cum plebe esset, non decemviri tulerunt paucis his annis pessimo publico, cum summa iniuria plebis? An esse ulla maior aut insignitior contumelia potest quam partem civitatis velut contaminatam indignam conubio haberet? Quid est aliud quam exsiliū intra eadem moenia, quam relegationem pati? Ne adfinitatibus, ne propinquitatibus immisceamur cavent, ne societur sanguis. .. Nemo plebeius patriciae virgini vim adferret; patriciorum ista libido est; nemo invitum pactionem nuptialem quemquam facere coegisset. Verum enimvero lege id prohiberi et conubium tolli patrum ac plebis, id demum contumeliosum plebi est.



### La proposta di Canuleio sul consolato ai plebei

Hos secuti M. Genucius et C. Curtius consules. Fuit annus domi forisque infestus. Nam principio et de conubio patrum et plebis C. Canuleius tribunus plebis rogationem promulgavit, qua contaminari sanguinem suum patres confundique iura gentium rebantur, et mentio primo sensim inlata a tribunis ut alterum ex plebe consulem liceret fieri, eo processit deinde ut rogationem novem tribuni promulgarent, ut populo potestas esset, seu de plebe seu de patribus vellet, consules faciendi. Id vero si fieret, non volgari modo cum infimis, sed prorsus auferri a primoribus ad plebem summum imperium credebant.

### Ottimati e popolari

[41] Ceterum mos partium et factionum ac deinde omnium malarum artium paucis ante annis Romae ortus est otio atque abundantia earum rerum, quae prima mortales ducunt. Nam ante Carthaginem deletam populus et senatus Romanus placide modesteque inter se rem publicam tractabant, neque gloriae neque dominationis

**PROF.SSA C.CRACA**


certamen inter civis erat: metus hostilis in bonis artibus civitatem retinebat. Sed ubi illa formido mentibus decessit, scilicet ea, quae res secundae amant, lascivia atque superbia incessere. Ita quod in adversis rebus optaverant otium, postquam adepti sunt, asperius acerbiusque fuit. Namque coepere nobilitas dignitatem, populus libertatem in libidinem vertere, sibi quisque ducere trahere rapere. Ita omnia in duas partis abstracta sunt, res publica, quae media fuerat, dilacerata.

Ceterum nobilitas factione magis pollebat, plebis vis soluta atque dispersa in multitudine minus poterat. Paucorum arbitrio belli domique agitabatur; penes eosdem aerarium provinciae magistratus gloriae triumphique erant; populus militia atque inopia urgebatur; praedas bellicas imperatores cum paucis diripiebant: interea parentes aut parvi liberi militum, uti quisque potentiori confinis erat, sedibus pellebantur. Ita cum potentia avaritia sine modo modestiaque invadere, polluere et vastare omnia, nihil pensi neque sancti habere, quoad semet ipsa praecipitavit. Nam ubi primum ex nobilitate reperti sunt, qui veram gloriam iniustae potentiae anteponerent, moveri civitas et dissensio civilis quasi permixtio terrae oriri coepit.

Sallustio, Bellum Iugurthinum

**APPIO CLAUDIO CIECO**

**Stele di Appio Claudio Cieco all'inizio della via Appia**



**Gneo Flavio**

Eodem anno Cn. Flavius, Cn. Filius, scriba, patre libertino humili fortuna ortus, ceterum callidus vir et facundus, aedilis curulis fuit. Contumacia adversus contemnentes humilitatem suam nobiles certavit; civile

**PROF.SSA C.CRACA**

ius, repositum in penetralibus pontificum, evolgavit fastosque circa forum in albo proposuit, ut quando lege agi posset sciretur; aedem Concordiae in area Volcani summa invidia nobilium dicavit.

Ad collegam aegrum visendi causa Flavius cum venisset consensuque nobilium adulescentium, qui ibi adsidebant, adsurrectum ei non esset, curulem adferri sellam eo iussit ac sede honoris sui anxios invidia inimicos spectavit.

**Discorso di Tiberio Gracco**


Gli animali selvaggi che vivono in Italia, hanno le loro tane; ognuno di essi conosce un giaciglio, un nascondiglio. Soltanto gli uomini che combattono e muoiono per l'Italia non possono contare su altro che sull'aria e la luce; con la moglie e i figli vivono per le strade, anziché su un campo. I generali mentono quando, prima delle battaglie, scongiurano i soldati di difendere contro il nemico i focolari e le tombe, perché la maggior parte dei romani non ha un focolare, e nessuno ha una tomba dei suoi antenati. Soltanto per il lusso e la gloria degli altri, devono spargere il loro sangue e morire. Si chiamano i padroni del mondo, e non possono dire di essere padroni di una sola zolla di terra.

(Plutarco)

**LE GUERRE CIVILI**

**LA NASCITA DEI POTENTATI MILITARI**

**Ritratto di Mario**



Sed is natus et omnem pueritiam Arpini altus, ubi primum aetas militiae patiens fuit, stipendiis faciendis, non Graeca facundia neque urbanis munditiis sese exercuit: ita inter artis bonas integrum ingenium brevi adolevit. Ergo, ubi primum tribunatum militarem a populo petit, plerisque faciem eius ignorantibus facile factis notus per omnis tribus declaratur. Deinde ab eo magistratu alium, post alium sibi peperit, semperque in potestatibus eo modo agitabat, ut ampliore quam gerebat dignus haberetur. Tamen is ad id locorum talis

vir — nam postea ambitione praeceps datus est — consulatum appetere non audebat. Etiam tum alios magistratus plebs, consulatum nobilitas inter se per manus tradebat. Novos nemo tam clarus neque tam egregius factis erat, quin indignus illo honore et is quasi pollutus haberetur.

**PROF.SSA C.CRACA**

(Sallustio, Bellum Iugurthinum)

**Discorso di Mario**

Comparate nunc, Quirites, cum illorum superbia me hominem novum. Quae illi audire aut legere solent, eorum partem vidi, alia egomet gessi; quae illi litteris, ea ego militando didici. Nunc vos existimate, facta an dicta pluris sint. Contemnunt novitatem meam, ego illorum ignaviam; mihi fortuna, illis probra obiectantur. Quamquam ego naturam unam et communem omnium existimo, sed fortissimum quemque generosissimum ... Invident honori meo: ergo invideant labori, innocentiae, periculis etiam meis, quoniam per haec illum cepi. Verum homines corrupti superbia ita aetatem agunt, quasi vestros honores contemnunt; ita hos petunt, quasi honeste vixerint. Ne illi falsi sunt, qui diversissimas res pariter expectant, ignaviae voluptatem et praemia virtutis. Atque etiam, cum apud vos aut in senatu verba faciunt, pleraque oratione maiores suos extollunt: eorum fortia facta memorando clariores sese putant. Quod contra est. Nam quanto vita illorum praeclarior, tanto horum socordia flagitiosior ... Nunc videte, quam iniqui sint. Quod ex aliena virtute sibi arrogant, id mihi ex mea non concedunt, scilicet quia imagines non habeo et quia mihi nova nobilitas est, quam certe peperisse melius est quam acceptam corrupisse.

Sallustio, Bellum Jugurthinum



**La riforma dell'esercito**

**PROBLEMA:** l'impoverimento dei piccoli proprietari rendeva difficile completare i reclutamenti, che avvenivano secondo i criteri dell'ordinamento centuriato.

**SOLUZIONE DI MARIO:** Mario chiamò alle armi i volontari, ammettendo anche i nullatenenti: si ebbe così non più un esercito di cittadini abbienti, ma di soldati professionisti, che sceglievano la guerra come mestiere. In questo modo molti disoccupati e sbandati potevano entrare nell'esercito, con l'obiettivo di percepire il soldo, fare bottino durante gli attacchi e ottenere l'assegnazione di terre alla fine delle campagne militari.

**CONSEGUENZE:** La riforma:

- 1) da una parte rinvigorì l'esercito, formando il tipo classico del veterano, gloria delle armate romane;
- 2) dall'altra legò i soldati agli interessi del proprio comandante e non più agli interessi dello stato.

**AUGUSTO**

[1] Annos undeviginti natus exercitum privato consilio et privata impensa comparavi, per quem rem publicam a dominatione factionis oppressam in libertatem vindicavi. [Ob quae] senatus decretis honorificis in ordinem suum me adlegit, C. Pansa et A. Hirtio consulibus, consularem locum sententiae dicendae tribuens, et imperium mihi dedit. Res publica ne quid detrimenti caperet, me propraetore simul cum consulibus providere iussit. Populus autem eodem anno me consulem, cum cos. uterque bello cecidisset, et triumvirum rei publicae constituendae creavit.

[2] Qui parentem meum trucidaverunt, eos in exilium expuli iudiciis legitimis ultus eorum facinus, et postea bellum inferentis rei publicae vici bis acie.

## PROF.SSA C.CRACA

[3] Bella terra et mari civilia externaque toto in orbe terrarum saepe gessi, victorque omnibus veniam potentibus civibus peperci. Externas gentes, quibus tuto ignosci potuit, conservare quam excidere malui. Millia civium Romanorum sub sacramento meo fuerunt circiter quingenta. Ex quibus deduxi in colonias aut remisi in municipia sua stipendis emeritis millia aliquanto plura quam trecenta, et iis omnibus agros adsignavi aut pecuniam pro praemiis militiae dedi. Naves cepi sescentas praeter eas, si quae minores quam triremes fuerunt.

[4] ... Consul fueram terdeciens, cum scribebam haec, et agebam septimum et tricensimum tribuniciae potestatis.

[5] Dictaturam et apsentem et praesenti mihi delatam et a populo et a senatu, M. Marcello et L. Arruntio consulibus non accepi... Consulatum quoque tum annum et perpetuum mihi delatum non recepi.

[7] Triumvirum rei publicae constituendae fui per continuos annos decem. Princeps senatus fui usque ad eum diem quo scripseram haec per annos quadraginta. Pontifex maximus... fui.

(Augusto, Res Gestae)

